



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

182. Murmuratio adversus patremfamilias.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt.
Matth. 20. v. 3. 4. 5.

III. Iterum autem exijt circa sextam,
 & nonam horam : & fecit similiter. Circa
 undecimam verò exijt, & invenit alios stan-
 tes, & dicit illis : Quid hîc statis totâ die otio-
 si? Dicunt ei : Quia nemo nos conduxit.
 Dicit illis : Ire & vos in vineam meam. *Mat-
 thei 20. v. 5. 6. 7.*

MEDITATIO CLXXXI.

Denarius idem singulis datus.

I. **C**Um serò autem factum esset, dicit do-
 minus vineæ procuratori suo : Voca
 operarios, & redde illis mercedem, incipi-
 ens à novissimis usque ad primos. *Matth.
 20. v. 8.*

II. Cùm venissent ergo, qui circa unde-
 cimam horam venerant, acceperunt singu-
 los denarios. *Matth. 20. v. 9.*

III. Venientes autem & primi, arbi-
 trati sunt, quòd plus essent accepturi : ac-
 ceperunt autem & ipsi singulos denarios.
Matth. 20. v. 10.

MEDITATIO CLXXXII.

*Murmuratio adversus patrem-
 familias.*

ET accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus.

Matth. 20. v. 11. & 12.

II. At ille respondens, uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? Tolle, quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? *Matth. 20. v. 13. 14. 15.*

III. Sic erunt novissimi, primi: & primi, novissimi: multi enim sunt vocati, pauci verò electi. *Matth. 20. v. 16.*

MEDITATIO CLXXXIII.

Parabola XXVII. De decem minis in servos ad negotiandum distributis.

I. **D**ixit Iesus: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini, dum venio. *Luc. 19. v. 14. & 15.*

II. Cives autem ejus oderant eum: &

misc-